

animus, & non ignoratum aut improbatum susceptæ scriptio- nis institutum. Quæ mihi causa præcipua fuit cur R H E T O R I C E N hanc E C C L E S I A S T I C A M, cum publicanda esset, tuo potissimū nomini duxerim inscribendam; quod nimirū vnus omnium optimè cognitū haberes, & qua occasi- one ad eam adornandam sim ad- ductus, & quo animo aut con- silio nunc in publicum edam: In quo quidem vtroque, scribendi scilicet & edendi instituto cum te suaforem atque hortatorem habuerim, optima spes tenet a- nimum meū, fore, vt hæc qua- liscunq; opera mea testimonio tuo ornata, non displiceat piis & candidis lectoribus; iis præ- fertim, qui te norunt, & sciunt cuiusmodi tuum in hoc genere iudicium